

Ad Ephesios I

tate spūs fuisse inuicē. **D**is em̄ lex i vno sermone implet q̄ diliges pximū tuū sic teip̄sū. **Q**si inuicē mordetis ⁊ comeditis videte ne ab inuicē p̄sumamini. **D**ico aut̄ in x̄po sp̄i ritu ambulatē ⁊ desideria carnis nō pficiētis. **C**aro em̄ p̄cupiscit aduersus sp̄m: spūs aut̄ aduersus carnē. **H**ec em̄ sibi inuicē aduersant: vt nō q̄cumq; vultis illa faciatis. **Q**si spū ducemini nō estis sub lege. **M**anifesta sūt aut̄ opera carnis q̄ sūt fornicatio: imūdia: ipudicitia: luxuria idolorū seruit̄: veneficia: inimicitie: p̄tentiones: emulatiōes: irerix: dissensiones: secte: inuidie: homicidia. ebrietates: comessationes: ⁊ his similia: que p̄dico vob̄ sicut p̄dixi: qm̄ qui talia agūt regnum dei nō p̄sequēt. **F**ructus aut̄ spūs est charitas: gaudiū: pax: patientia: benignitas: bonitas: lōganimitas: māsuētudo: fidel modestia: p̄tinetia castitas. **A**duersus huiusmodi nō est lex. **Q**ui aut̄ sunt christi: carnem suā crucifixerūt cū vitijs ⁊ p̄cupiscētijs. **S**i spū viuimus: spiritu ambulemus. **N**on efficiamur inanis glorie cupidi: inuicem pro-

Euocātes: inuicē inuidentes. **V**i **R**atres ⁊ si p̄occupat̄ fuit hō i aliq̄ delicto vos q̄ spūales estis h̄mōi instruite i spū lenitatē: p̄siderās teip̄sū: ne ⁊ tu tēptēris. **A**lter alterius onera portate: ⁊ sic adimplebitis legē christi. **N**am si q̄s existimat se aliquid esse cū nihil sit: ip̄e se seducit. **Q**uod aut̄ suū p̄bet vnūq; s̄q; ⁊ si i semetip̄o t̄m gloriā habebit ⁊ nō in altero. **Q**uūq; em̄ onus suū portabit. **C**ōmunicet aut̄ his q̄ cathēzizat̄ verbo ei q̄ se cathēzizat in oibus bonis. **N**olite errare: de⁹ nō irridet. **Q**ue em̄ seminauerit homo: hec ⁊ metet. **Q**ui qui seminat in carne sua: de carne ⁊ metet corruptionē: qui autē seminat in spū: de spū metet vitam eternā. **B**onū aut̄ faciētes non deficiamus: t̄pe em̄ suo metem⁹ nō deficientes.

Ergo dū t̄ps habemus: operemur bonū ad oēs: maxime aut̄ ad domesticos fidei. **V**idete q̄lib; l̄ris scripsi vob̄ mea manu. **Q**uicūq; em̄ volūt placere i carne: hi cogūt vos circūcidī: t̄m vt crucis x̄pi p̄secutionē nō patiānt. **R**eq; em̄ qui circūcidunt: legē custodiunt. **S**i volūt vos circūcidī: vt i carne v̄ra gloriētur. **M**ibi aut̄ absit gloriari nisi i cruce dñi n̄ri iesu x̄pi: p̄ quē mihi mūdus crucifixus ē ⁊ ego mūdo. **I**n x̄po em̄ iesu neq; circūcisio aliquid valet neq; p̄putiū: s̄ noua creatura. **E**t quicūq; h̄c regulā secuti fuerint: pax super illos: ⁊ misericordia ⁊ super isrl̄ dei. **D**e cetero nemo mihi molest⁹ sit. **E**go enim signata dñi iesu i corpore meo porto. **G**ra dñi n̄ri iesu x̄pi cū spū v̄stro fratres. **A**men.

ExPLICIT epistola Pauli ad Galathas. **I**ncipit argumentū in epistolā ad Ephesios.

Ephesij sunt asiani. **H**ic accepto verbo veritatis p̄stiterūt in fide. **H**os collaudat ap̄lus scribēs eis ab vrbe roma d̄ carcere p̄ tychicū diaconum.

ExPLICIT argumentum. **I**ncipit capitulatio eplē ad Ephesios sex p̄tinentis capitula.

Ponit aliq; diuina p̄destinatio ⁊ recolunt diuina b̄nficia facta ap̄stolis ⁊ ephesijs.

Inducunt ephesij ad gr̄arū actionē: q; sunt a pctō liberati: ⁊ ab alijs gentib⁹ segregati. **P**remittit ap̄ls ad orādū p̄ ephesijs dispositiōnem: ⁊ p̄ eis orat: totū bonū eorū deo attribuendo.

Instruit ap̄ls ephesios ad suandā vnitatē eccl̄iasticā i p̄nctione ⁊ distinctōe mēbroꝝ ac deinde inducit ad morū honestatē.

Ap̄ls inducit ephesios ad sequēdū x̄pm̄ in feruore charitatē: i decore sc̄ritatē: ac v̄itate cognita ⁊ instruit p̄sonas iūctas m̄rimonio. **D**ocet ap̄ls parentū ac filiorū mutuā p̄uersationē: ⁊ redit ad instruendū ephesios de omnibus virtutibus generaliter.

ExPLICIT registrum. **I**ncipit epistola Pauli ad Ephesios. **C**apitū I

Paul⁹ ap̄stolo

Plus x̄pi iesu p̄ volūtate dei: oibus sanctis q̄ sūt ephesij: ⁊ fide lib⁹ i x̄po iesu. **G**ra vob̄ ⁊ pax a deo p̄re n̄ro ⁊ dño iesu x̄po. **B**ndict⁹ de⁹ ⁊ p̄ dñi n̄ri iesu x̄pi q̄ b̄ndixit nos i oi b̄ndictiōne spūali i celestib⁹ i x̄po sicut elegit nos in ip̄o añ mundi p̄stitutionē: vt essem⁹ sancti ⁊ immaculati i p̄spectu ei⁹ i charitate. **Q**ui p̄destinauit nos i adoptionē filiorū p̄ iesū x̄pm̄ i ip̄m̄ s̄m̄ p̄positū volūtati sue i laudē glorie gr̄e sue i q̄ gratificauit nos i dilecto filio suo i q̄ habem⁹ redēptionē p̄ sāguinē ei⁹ i remissionē pctōꝝ s̄m̄ diuina gr̄e ei⁹ q̄ sup̄abūda uit i nob̄ i oi sapia ⁊ prudentia: vt notū faceret nob̄ sac̄m̄ volūtati sue s̄m̄ b̄n̄placitū ei⁹ qd̄ p̄posuit i eo i dispensatiōe plenitudinis tēporū instaurare oia i x̄po q̄ i celis ⁊ q̄ i terra sūt i ip̄o. **I**n q̄ etiā nos forte vocati sum⁹: p̄destinati s̄m̄ p̄positū ei⁹ q̄ op̄at̄ oia s̄m̄ p̄siliū volūtati sue: vt sim⁹ i laudē gl̄ie ei⁹ nos q̄ añ sperauim⁹ in x̄po. **I**n q̄ ⁊ vos cū audissetis verbū veritatē euangelij salutis vestre in q̄ ⁊ credētes signati estis spū p̄missioni s̄ sancto: q̄ ē p̄ign⁹ hereditatē n̄re in redēptionē acquisitionis in laudem glorie ipsius.

Leui. 19.
Mat. 22. 5.
Mar. 12. c.
Luc. 10. 5.
Rho. 13. c.
Iac. 2. b.
Rho. 13. d.
1. Pe. 2. b.

Exch. 47.
Apoc. 12. a.

Rho. 13. d.
1. Pe. 2. b.

Mat. 18. c.
Luc. 17. a.

Pro. 22.
1. Cor. 15. d.
Iere. 12.
1. Cor. 9. b.

1. Thel. 3. c.

I
II
III
III
V
VI

A

B

Col. 1. b.

C

Ad Ephesios I

Propterea et ego audies fide vestra que est in christo iesu et dilectionem in oēs sanctos non cello gratias agens pro vobis memoriam vestri faciens in orationibus meis: ut deo domini nostri iesu christi pater glorie det vobis spiritum sapientie et reuelationis in agnitione eius: illuminatos oculos cordis vestri: ut sciat que sit spes vocatiōis eius: et que diuitie glorie hereditatis eius in sanctis: et que sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus. Per operationem potentie virtutis eius quam operatus est in christo suscitans illum a mortuis: et constituens ad dexteram suam in celestibus supra omnem principatum et potestatem et virtutem et dominationem: et omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo: sed etiam in futuro: et omnia subiecit sub pedibus eius. Et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam que est corpus ipsius: et plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur.

Re vos qui uiuificauit cum esset mortuus delictis et peccatis vestris in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius secundum principem potestatis aeris huius: spiritus qui nunc operatur in filios diffidentie: in quibus et nos omnes aliquando uersati sumus in desiderijs carnis nostre facientes voluntatem carnis et cogitationum et eramus natura filij ire sue et ceteri. Deo autem qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suam que dilexit nos: et cum essemus mortui peccatis uiuificauit nos in christo cuius gratia estis saluati et conresuscitauit et proferre fecit in celestibus: in christo iesu ut ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratie sue in bonitate super nos in christo iesu. Gratia enim estis saluati per fidem et hoc non ex uobis. Dei enim donum est non ex operibus: ut ne quis gloriatur. Ipse enim sumus factura creati in christo iesu in operibus bonis: que preparauit deus ut in illis ambulemus. Propter quod memores estote quod aliquando vos qui gentes eratis in carne que dicebimini preputium ab ea que dicitur circūcisio in carne manufacta: que eratis illo in tempore sine christo alienati a uersatione israel: et hospites et sine deo in hoc mundo. Nunc autem in christo iesu vos que aliquando eratis longe facti estis prope in sanguine christi. Ipse enim est pax nostra que fecit utraque unum: et medium parietem macerie soluens inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis euacuans ut duos condat in semetipso in uno nouo homine faciens pacem: ut reconciliet ambos in uno corpore deo per crucem interficiens inimicitias in semetipso et ueniens euangelizauit pacem uobis qui longe fuistis: et pacem his que prope: quam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Ergo iam non estis hospites et aduene

et estis ciues scorum et domestici dei: superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum ipso summo angulari lapide christo iesu: in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in domo. In quo et vos coedificamini in tabernaculum

Deum in spiritu sancto. **III**
Huius rei gratia ego paulus uincens christi iesu pro uobis gentibus: si tamen audisseti dispensatione gratie dei que data est mihi in uobis quam secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentum: sicut supra scripsi in breui potestis legentes intelligere prudentiam meam in ministerio christi: quod alijs generationibus non est agnitus filijs hominum: sicuti nunc reuelatum est sanctis apostolis eius et prophetis in spiritu: esse gentes coheredes et concorpales et concitipes promissionis in christo iesu per euangelium in cuius factus sum ego minister secundum donum gratie dei que data est mihi secundum operationem virtutis eius. Quibus enim omnium sanctorum minimo data est gratia hec: in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias christi et illuminare omnes que sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in deo que omnia creauit: ut innotescat principibus et potestibus in celestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei: secundum preinitium inem seculorum quam fecit in christo iesu domino nostro: in quo habemus fiduciam et accessum et confidentiam per fidem eius. Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis que est gloria uestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri iesu christi ex quo omnis paternitas in celis et in terra noiaf ut det uobis secundum diuitias glorie sue potentem corroborari per spiritum ritum eius in interiori homine christum habitare per fidem in cordibus uestris in charitate radicati et fundati ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum. Scire etiam supereminentem scientie charitatem christi: ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Et autem qui potes est omnia facere super abundanter que petimus aut intelligimus secundum uirtutem que operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia et in christo iesu in omnes generationes seculi seculorum. Amen.

Osecro itaque uos ego uincens in domino ut digne ambuletis uocatiōe que uocati estis: cum omni humilitate et mansuetudine: cum patientia supportantes inuicem in charitate. Solliciti seruare unitatem spiritus: in uinculo pacis. Unus corpus et unus spiritus: sicut uocati estis in una spe uocationis uere. Unus dominus una fides unum baptismum. Unus deus et pater omnium que super omnes et super omnia et in omnibus nobis. Unicusque aut nostrum data est gratia secundum mensuram donationis christi. Propter quod dicitur. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem

Luc. 2. b.

1. Cor. 4. a.

Apoc. 21. c. Job. 11.

1. Cor. 7. c.

1. Cor. 12. b.

Apoc. 21. c. 2. Cor. 10. d. Ps. 67.

Ad Ephesios

B dedit dona hoibus. **Q** autē ascēdit quid est nisi qz r descēdit p̄mū in inferiorē ptes terre. **Q**ui descēdit. ip̄e est r qui ascēdit super oēs celos vt adimpleret om̄ia. **E**t ip̄e dedit quosdā quidē ap̄los. quosdā autē p̄phetas alios v̄o euangelistas. alios autē pastores et doctores ad p̄sumationē sanctorū in op̄o ministerij in edificationē corp̄is xp̄i. donec occurramus oēs in vnitatē fidei r agnitionis filij dei q̄ in virū p̄fectū. in mēsurā etatis plenitudinis xp̄i. vt iā non simus puuli fluctuantes. r circūferamur oī vento doctrine in nequicia hoīuz. in astucia ad circūuētionē erroris. **V**eritatem autē facientes in charitate crescām in illo p̄ oīa qui est caput xp̄s ex q̄ totū corpus p̄pactū r cōnexū p̄ oēm iuncturam sūm̄istrationis s̄m̄ op̄atōem in mensuram vniuscuiusq̄ mēbr̄i augmētū corp̄is facit. i edificationē sui in charitate. **H**oc igit̄ dico r testificor in dñōs vt iā non ambuletis sicut r gentes ambulāt in vanitate sensus sui. tenebris obscuratū habentes intellectum. alienati a v̄a dei p̄ ignorātiā q̄ est in illis p̄pter cecitatez cordis ip̄s̄. qui desperantes semetip̄os tradiderūt impudicicie i op̄ationem inuidicie oīs. in auaritiāz. **V**os autē non ita didicistis xp̄m. si tñ illū audistis r i ip̄so edocti estis sicut ē veritas i iesu. **D**eponite vos s̄m̄ p̄stinam cōuersatiōem veterem hoīem q̄ corrupit s̄m̄ desideria erroris. **R**enouamini autē sp̄ū mentis v̄re. r induite nouū hoīem q̄ s̄m̄ deū creatus ē in iusticia r sc̄itate v̄itatis. **P**ropter qd̄ deponētes mendaciū. loq̄mini v̄itātē vnusquisq̄ cum p̄ximo suo: qm̄ sumus inuicē membra s̄m̄. **N**ascim̄i r nolite peccare. **S**ol nō occidat sup̄ iracūdiā vestrā. **N**olite locuz dare diabolo. **Q**ui furabat̄ iā nō suret. magis autē laboret opando manib⁹ suis qd̄ bonum est. vt habeat v̄nde tribuat necessitatē patientis. **O**is sermo malus ex ore v̄ro nō p̄cedat: s̄ si quis bon⁹ ad edificationē fidei. vt det gratiam audientib⁹. **E**t nolite cōstristare sp̄itū sanctū dei. in q̄ signati estis in die redēptionis. **O**is amaritudo r ira r indignatio r clamor et blasphemia tollat̄ a vobis: cuz omni malitia. **E**stote autē inuicē benigni. misericordes. donātes inuicē: sicut r de⁹ i christo donauit vobis. **V**

Estote ergo imitatores dei sicut filij charissimi: r ambulatē i dilectiōe sicut r xp̄s dilexit nos. r tradidit semetip̄sū p̄ nobis oblationēz r hostiā deo in odorez suauitatis. **F**ornicatio autē r oīs immundicia aut auaricia nec nom̄icē in vobis sicut decet sanctos. aut turpitudō. aut stulti

loquiū. aut scurrilitas q̄ ad rem nō p̄tinet. s̄ magis gr̄a r actio. **H**oc enī scitote itelligētes. q̄ oīs fornicator aut imūdus aut auar⁹ qd̄ est idoloz. fuitus. nō habet hereditatē i regno xp̄i r dei. **N**emo vos seducat in anib⁹ verbis. propter hec enī venit ira dei in filios diffidentie. **N**olite ḡ effici p̄ticipes eorū. **E**rat̄is enī aliq̄n tenebre: nunc autē lux i dōmino. **U**t filij lucis ambulate. **F**ructus enīz luci est in omni bonitate r iusticia r veritate. **P**robantes quid sit b̄n̄placitū deo. **E**t nolite coiccare opib⁹ infructuosis tenebrarū. magis autē redarguite. **Q**ue enī in occulto fiunt ab ip̄s̄ turpe ē r dicere. **O**ia autē q̄ arguūf̄ a lumine manifestant̄. **O**mne enī qd̄ manifestat̄ lumē est. **P**ropter qd̄ dicit: Surge q̄ dormis et exurge a mortuis. r illuminabit te xp̄s. **V**idete ita qz fr̄es quō caute ambuletis nō quasi insipiētes. s̄ vt sapiētes. redimētes ip̄s. qm̄ dies mali sunt. **P**ropterea nolite fieri imprudētes. s̄ intelligētes q̄ sit volūtas dei. **E**t nolite inebriari vino in q̄ est luxuria. s̄ implemi sp̄ū sc̄o. loq̄ntes vobmetip̄is i psalmis. hymnis r canticis sp̄ūalib⁹ cantantes et psallētes in cordib⁹ v̄ris dñō. gr̄as agentes sp̄ p̄ oib⁹ in noīe dñi n̄ri iesu xp̄i deo r patri. **S**ubiecti inuicem: i timore xp̄i. **M**ulieres v̄ris suis subdite sint sicut dñō. qm̄ v̄r caput est mulieri. sic xp̄s caput est eccl̄ie. ip̄e saluator corp̄is ei⁹. **S**icut eccl̄ia subiecta ē xp̄o. ita r mulieres v̄ris suis in oib⁹. **V**iri diligite v̄rozes vestras sicut r xp̄s dilexit eccl̄iaz. r seip̄sū tradidit p̄ ea vt illā sanctificaret: mūdans eā lauacro aque in v̄bo vite vt exhiberet ip̄se sibi gl̄iosam eccl̄iam nō habentē maculā aut rugā. aut aliqd̄ huiusmodi. s̄ vt sit sancta r imaculata. **I**ta r viri debēt diligere v̄rozes suas: vt corpa sua. **Q**ui suā v̄rozē diligit. seip̄sū diligit. **N**emo enim vnq̄ carnem suā odio habuit. s̄ nutrit r fouet eā sicut r xp̄s eccl̄iaz. qz mēbra sum⁹ corp̄is eius. de carne eius. r de ossibus eius. **P**ropter h̄ relinquet hō p̄rem r m̄rez suā: et adheret v̄rozi sue. et erūt duo: i carne vna. **S**acramētū h̄ magnū ē. **E**go autē dico i xp̄o r in eccl̄ia. **V**erūtū et vos singuli vnusq̄sq̄ v̄rozē suā sicut seip̄sū diligit. v̄roz autē timeat virum suum. **V**

Filij obedite parētib⁹ v̄ris in dñō. **H**oc enī iustū est. **H**onora patrē tuum r matrē tuā. qd̄ est mādātū p̄mū i p̄missiōne. vt bene sit tibi. r sis lōgeu⁹ sup̄ terrā. **E**t vos patres nolite ad iracūdiā puocare filios v̄ros. sed educate illos in disciplina r correptiōe dñi. **S**erui obedite dñis carnalibus cum timore et tremore. in simplicitate.

Job. 3. c.
Mal. 4. 5.
Job. 1. c.
1. Pe. 2. a.
Col. 3. b.
1. Ro. 6. a.
1. Ro. 12. a.
Col. 3. b.
Ps. 4.
Jac. 4. b.
1. Pe. 4. a.
Col. 3. b.
1. Coz. 4. d.
Phil. 3. c.
1. 3ob. 4. d.
3ob. 13. g.
Jac. 1. c.

B
Job. 12. e.
C
Col. 4. b.
1. Ro. 11. a.
1. Ro. 4. a.
Col. 3. c.
1. Pe. 3. a.
Col. 3. c.
Heb. 2.
Mar. 19. b.
Mar. 10. a.
1. Coz. 6. d.
A
Col. 3. d.
Exodi 20.
Mar. 19. c.
Luc. 13. d.
Mar. 10. c.
Eccl. 3.
Col. 3. d.
1. Pe. 2. a.

Ad Philippenses

cordis vfi sicut chrisfo: nō ad oculū fuientes quasi hoibus placentes. sed vt serui xpi faciētes voluntatem dei ex animo cuz bona volūtate seruiētes sicut dño: et nō bñ hoib⁹ sciētes qm̄ vnus qsq; qd̄cūq; fecerit bonuz b̄ recipiet a dño siue seruus siue liber. **E**t vos dñi eadē facite illis remittētes minas. scientes qz ⁊ illoꝝ ⁊ vester dñs est in celis ⁊ ⁊ psonaz acceptio nō ē apud deū. **D**e cetero fr̄es pfortamini i dño: ⁊ in potentia virtutis eius. **I**nduite vos armaturā dei vt possitis stare adūsus insidias diaboli. qm̄ nō ē nob̄ coluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē. sed adūsus principes ⁊ ptātes. aduersus mundi rectores tenebray haz. cōtra spiritalia neq̄tie in celestib⁹. **P**ropterea accipite armaturam dei vt possitis resistere i die malo: ⁊ in oib⁹ pfecte stare. **S**tate ergo succincti lūbos vestros in veritate. ⁊ induti lorica iusticie: ⁊ calciati pedes in pparationem euāgelij pacis. **I**n oibus sumentes scutum fidei in q̄ possit oīa tela nequissimi ignea extinguere ⁊ galeam salutis assumite. ⁊ gladius spūs qd̄ est verbū dei. p oēm orationē ⁊ obsecrationem orātes oī tpe in spū. ⁊ in ipso vigilātes in oī instantia ⁊ obsecratione p oibus sanctis et p me vt def̄ mibi fmo in aptione oris mei cum fiducia notū facere mysteriū euāgelij p quo legatiōe fungor: in catena ista: ita vt i ipso audeā put oportet me loqui. **U**t autem ⁊ vos sciatis q̄ circa me sunt: quid agam oīa vobis nota faciet tychicus charissimus frater et fidelis minister in dño. quem misi ad vos. in hoc ipsū vt cognoscat̄ que circa nos sunt ⁊ cōsoleat̄ corda vestra. **P**ax fratribus ⁊ charitas cuz fide a deo patre nro. ⁊ dño iesu xpo. **G**ra cū oibus qui diligūt dñm nrm̄ iesum christum in corruptionem. **A**men.

Explicit epla Pauli ad Epheios. **I**ncipit argumentum in eplam ad Philippenses.

Philippenses sunt macedones. Hi accepto verbo veritatis psterunt i fide: nec receperūt falsos aplos. **H**os collaudat. aplos. scribens eis a roma de carcere per epaphroditum.

Explicit argumentum. **I**ncipit epla Pauli ad Philippenses. **C**aplin. I

Aplus agit gr̄as de bonis philippē sib⁹ collatis. q̄bus significās sub̄stantū pōit distinctū

Aulus et tīmotheus serui iesu christi: omnibus sanctis i xpo iesu qui sunt philippis cum ep̄is ⁊ diaconibus. **G**ra vobis ⁊

pax a deo patre nostro et domino iesu christo. **G**ratias ago deo meo in omni memoria vestri semp in cunctis orationibus meis p omnib⁹ vobis cum gaudio deprecationem faciens sup̄ cōmunicatione vestra in euāgelio xpi a p̄ma die vsq; nūc: confidens hoc ipsum quia qui cepit in vobis opus bonum. p̄fici et vsq; in diem christi iesu. **S**icut est mihi iustum hoc sentire p omnib⁹ vobis: eo q̄ habeam vos in corde ⁊ in vinculis meis ⁊ i defensione ⁊ p̄firmatione euāgelij. socios gaudij mei omnes vos esse. **T**estis em̄ mihi est deus quō cupiam omnes vos esse in visceribus iesu xpi. **E**t hoc oro: vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni sciētia ⁊ i omni sensu: vt p̄betis potiora vt sitis sincere et sine offensa in diem christi: repleti fructu iusticie p iesum xpm̄ in gloriā ⁊ laudē dei. **S**cire autē vos volo frates: qz que circa me sunt. magis ad p̄fectū venerūt euāgelij: ita vt vincula mea manifesta fierent i christo in omni pretorio ⁊ in ceteris omnibus vt plures e fratrib⁹ in domino p̄fidentes i vinculis meis. abundātius auderent sine timore verbū dei loqui. **Q**uidam quidē ⁊ ppter inuidiā et cōtentionem: quidā autē ⁊ ppter bonam volūtatem christū p̄dicant. **Q**uidā ex charitate: sciētes qm̄ in defensione euāgelij positus sum. **Q**uidā autē ex contentione xpm̄ annunciant nō sincere existimantes p̄suram se suscitare vinculis meis. **Q**uid em̄? **D**um omni modo siue p occasinē siue p veritatem christus annūciat. ⁊ in hoc gaudeo sed ⁊ gaudebo. **S**cio em̄ qz hoc mihi proueniet ad salutē. per vestram orationē ⁊ subministratiōē spūs iesu xpi. **S**m̄ expectationez ⁊ spem meam. quia in nullo cōfundar. sed in omni fiducia sicut semp ⁊ nunc magnificabitur xps in corpe meo siue p vitam siue per mortem. **M**ibi em̄ viuere christ⁹ est ⁊ mori lucrū. **Q**si viuere in carne. hic mihi fruct⁹ operis est ⁊ qd̄ eligam ignoro: coartor autē e duobus desiderium habens dissolui ⁊ esse cum christo multo magis melius permanere autem in carne. necessarium propter vos. **E**t hoc cōfidēs scio. qz manebo ⁊ pmanebo omnibus vobis ad p̄fectum vestrū ⁊ gaudium fidei: vt gratulatio vestra abundet i christo iesu in me: p meuz aduentū iterū ad vos. **T**ñ digne euāgelio christi cōuerfamini vt siue cum venero ⁊ videro vos. siue absens audiam de vobis. quia statis in vno spiritu vnanimis. collaborantes fidei euāgelij. et in nullo terreamini ab aduersarijs que est illis causa p̄ditionis: vobis autē salutis. **E**t hoc a deo. **Q**uia verbis donatum est p xpo

ones p̄dicant
vz erga eos
suā charitatē
quos monet
ad tollerantiā
am p̄secutiōis

B

C

2. Regi. 24.
Danielis 13.

B